

in digitum, articulum, & compositum
 numerum. *Digitus.* Digitum vocamus omnem
 numerum denario minorem, suntque in
 summa nouem, scilicet, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
 8. 9. quæ paulò ante Elementa significa-
 tiua appellauimus. *Articu-* Articulus, est nu-
 merus, quicumque in decem æquas par-
 tes diuidi potest, easque integras. Hoc
 est, omnis numerus pluribus quàm
 duabus constans notis, qui in sui prin-
 cipio, hoc est, dextra parte, cyphram
 obtinet, vt 10. 20. 30. 60. 100. 600. 3000.
 360. &c. Sunt autem sine numero ar-
 ticuli. *Compo-* Compositus est numerus, qui ex
 digito articuloque nascitur, talesque sunt
 omnes numeri, quorum prima figura
 non est cyphra, verbi gratia 28. 91. 102.
 132. 1003. atque huiusmodi infiniti. Par-
 tiuntur etiam autores numerum in pa-
 rem & imparem, quorum ille in partes
 æquas est diuisibilis, hic neutiquam.
 Possuntque plures aliæ numerorum di-
 uisiones fieri, vt in perfectum & a-
 bundantem, in quadratum, cubum,
 surdum, *Nume-* Numerorum
 alia di-
 uisiones.